

capitis vel membrorum ad memoriam reducimus
 ut dicitur in prohemio. vij. ptis merito tunc mitra
 aurofrisiata veimur. quia aurum et gemmarum nitore
 gaudium representat. In diebus vero ieiuniorum non est ea
 utendum ut sequitur. quia cum dies illi ordinati sint ad
 delenda peccata. que sunt tunc ad memoriam reducenda
 non sunt tunc agenda vel ferenda. que gaudium sed que
 potius humilitatem et afflictionem designant. In alijs
 vero temporibus regulariter non aurifrisiata sed sim-
 plici utendum est. ut ab adventu usque ad natiuitatem
 nisi quia dominus papa veitur aurifrisiata in dominica
 gaudente et a. lxx. usque ad pascha. nisi quia dominus pa-
 pa veitur aurifrisiata in dominica letare iherusalem.
 put dicitur sub ti. de coloribus. et etiam in. v. feria
 cene domini. in officio misse tunc. et in sabbato factio
 in officio misse. Item in festis trium lectionum illius
 temporis et in omnibus vigilijs quibus ieiunium cele-
 bratur et in quatuor temporibus. et in rogationibus. dominus tunc
 papa veitur in festo sancti marci in missa tunc. Item
 in officio defunctorum. **A**liud quoque notandum est quod
 romanus pontifex in signum imperij veitur regno.
 id est corona imperiali. et in signum pontificis veitur mitra
 sed mitra semper veitur et ubique. regno vero non semper
 nec ubique. quia pontificis auctoritas et prior est et di-
 gnior. et diffusior est quam imperialis potestas. Sa-
 cerdotium enim in populo vel regnum precessit. cum
 aaron primus pontifex saulem primum regem pre-
 cesserit et noe nemroth. quia sicut legitur primum re-
 gni nemroth extitit babilonis. noe vero edificauit
 altare domino et olocauit supra illud. regno
 quidem non veitur nisi certis diebus et locis. et nu-
 quam intra ecclesiam sed extra. Porro secundum quod capi-
 ti. christo conuenit mitra pontificis illud significat
 quod proxima loquens de filio dicit ad patrem. Gloria
 et honore etc. hoc est itaque nomen quod est super omne no-
 men. ut in nomine ihesu omne genu flectatur cele-
 stium etc. **A**urum et in aurea lamina fidaris ponti-
 ficalis sculptum erat nomen domini tetragramaton
 cuius misterium declarabimus in ti. de lega. indu-
 mentis. **P**er miram ergo capitis christi summam illam
 honorificentiam intelligimus. que propter diuinita-
 tem debetur humanitati. nam propter peccata adoratur
 scabellum. **A**dorare inquit scabellum pedum eius.
 quoniam sanctum est. **E**t nota quod sicut ait zacharias
 papa epus ad altare oraturus accedens seu altario
 assistens vel orones ad deum effundens miram de po-
 nit et baculum. quia apostolus prohibet viros capite
 velato in ecclesia orare. ut reuelata facie gloriam
 domini contemplant. quoniam vero ad populum se conuer-
 tit ut illi predicet insignia conuincationis sue refumit.
 vnde et moyses causa propter apud deum precibus. causam
 vero dei ad populum gladijs allegabat. **V**ltimo nota quod
 quidam epus solemniter benedicunt in missa et altare
 thurificat deponita mitra alij vero cum mitra in ca-
 pite. **P**rimi ea ratione mouentur. quia solemniter be-
 nedicendo vice dei funguntur. et deus per eorum mi-
 sterium benedicit. numeri. vi. in fine ubi dicit. **I**nuo-
 cabunt nomen meum super filios israel et ego bene-
 dicam eis. **A**ltaris vero thurificatio signat orationes
 apoc. viij. **A**scendit fumes incensorum de orationibus

sanctorum. quia ergo in orationibus causam plebis
 ad deum agit. ideo cum reuerencia mitra vicem deponi-
 ta illud agere debet. **S**ed vero attendunt quod benedi-
 ctio et thurificatio non sunt essentialia ad consecra-
 tionem corporis christi. sed ad sollemnitatem pertinent et
 ideo ea cum mitra agunt ut per hoc a simplicibus sa-
 cerdotibus discernant. quamuis enim plus habeat
 epus quam simplex sacerdos. in his que ad sollemnitatem
 pertinent ut in ornamentis et alijs. non tamen in his
 que ad consecrationem ipsam spectant. **S**ed hec ratio
 minus sufficiens videtur. quoniam scilicet hoc mitra in
 missa deponeretur nisi quando verba ad quorum pla-
 tionem fit specierum transsubstantiatio proferuntur

De Anulo.

Anulus est fidei sacramentum quo christus
 sponsam suam sanctam ecclesiam subarauit.
 ut ipsa de se dicere valeat. anulo suo subar-
 rauit me dominus meus ihesus christus. cuius
 custodes et pedagogi sunt epus et prelati anulos pro
 signo in testimonium huius rei ferentes. de quibus
 sponsa dicit in cant. **I**nuenerunt me vigiles qui custo-
 diunt ciuitatem. **N**unc anulum debet pater filio reue-
 renti secundum illud euangelij. **D**ate anulum in manu
 eius ex quo euangelio anuli usus creditur acceptus
Anulus ergo pontificis integritatem signat fidei.
 ut videlicet ecclesiam dei sponsam sibi creditam sic se di-
 ligat et sobriam et castam celesti sponso custodiat. iux-
 ta illud. **R**espondi enim vos vni vi. vir. ca. et c. ut se
 meminerit non dominum sed pastorem. de hoc sponso
 et sponsa iohan. eu. dicit qui habet sponsam spon-
 sus est amicus autem sponsi qui stat et audit cum gaudio
 gaudet propter vocem sponsi. epus ergo vicarius et
 amicus est sponsi. quod si vicarius est. et ipse quodam
 modo sponso est. sicut fuit antiqui litteras anulo sigilla-
 labat. **V**nde epus anulum portat quoniam scripture
 misteria et ecclesie sacramenta pro fide sigillare et hu-
 milibus reuelare debet. **P**orro scilicet quod capiti scilicet
 christo conuenit anulus digiti donum significat spiritus
 sancti. digitus enim articularis atque distinctus spiritum
 sanctum insinuat. secundum illud digiteus dei est hic et a
 libi. si ego in digito dei eicio temonia filij vestri in
 quo eiciunt. **A**nulus autem aureus et rotundus per
 fectionem donorum eius signat. quam sine mensura
 christus accepit. quoniam in eo plenitudo diuinitatis corpora-
 liter habitat. **A**urum qui defursum venit super omnes
 est. cui deus non debet spiritum ad mensuram dicens. **S**u-
 per quem videtur spiritum sanctum descendit et manen-
 tem super eum. hic est qui baptizat. nam requiescet
 super eum spiritus sapientie et intellectus. **I**pse vero de
 plenitudine sua secundum differentes donationes distri-
 buit. alij secundum apostolum dans sermonem sciencie.
 alij gratiam sanieatum. alij operationem virtutum
 etc. quod et visibilis pontifex imitatur. alios in ec-
 clesia constituens sacerdotes. alios diaconos. alios
 subdiaconos et huiusmodi. non igitur ab re in epus
 digito gemmatus fulget anulus. per cuius miste-
 rium hanc fulgida carismata gratiarum. **D**e anulo spon-
 se satis dictum est in prima parte sub titulo de eccle-
 siasticis sacramentis.

De baculo pastorali.

Baculus pastoralis correctionem pasto-
ralem signat. propter quod a consecrato-
re dicitur consecratus. Accipe baculum pa-
storalis officij ut sis in corrigendis vicijs
pie seuiens. de quo dicit apostolus. In virga veniam
ad vos. virga ergo pastoralis potestas intelligitur
sacerdotalis quia christus eis contulit quando apostolos ad predi-
candum misit precipiens eis ut baculos tollerent. et
moyses cum virga missus est in egiptum de hoc in
prima parte dictum est in ti. de consecrationibus. Bacu-
lus ergo a lege et euangelio sumitur. qui et virga
pastoralis et sambuca et pedum et festula nuncupa-
tur. Moyses enim ex mandato domini virga habuit
que terribilia fecit in celo et in terra et in mari. quia
cibum de celo. potum de petra produxit. et gregem
ad tertiam fluentem lacte et melle mimauit ad hoc
per baculum doctrine auctoritas intelligitur. hac enim
infirmi sustentantur. iniqui corripuntur. erran-
tes ad penitentiam trahuntur. Unde et pedum vocatur
quod est lignum recuruum quo pastores pedes retra-
hant animalium. Sane quandoque baculus ex osse et li-
gno conficitur que crystallina et taurata sperula
coniunguntur. os superius recuruatur. lignum inferius
ferro acutum modice tamen retonditur. Siquidem os est
duricia legis. lignum mansuetudo euangelij. que duo
coniuncta sunt sperula diuinitatis ihesu christi. vel os se-
ueritas. lignum pontificis est leuitas. quas iungit
in iudicio per caritatem. Nam seueritas vel misericor-
dia multum destituit si vna sine altera teneatur. ad quod
designandum ferreus obtunditur. quia iudicium mise-
ricordie temperatur. baculus recuruat cum penitentem
ad penitentiam reuocatur. Aliquod incuruatur a ca-
put formatur quod ad deum conuersis vita eterna pro-
mittitur. quod etiam incuruatur a scribitur cum ira-
tus fueris misericordie recordaberis. ne ob culpam
gregis ira turbet in pastore oculum rationis. Aliquod
in sperula scribitur homo ut pontifex se huius memo-
retur et de potestate collata non eleuet. aliquod etiam
iuxta ferreus describitur peccatum. ut in disciplina subditis
peccatum et misericordie a misericordia misericordiam conse-
quatur. Quod vero baculus est acutus in fine rectus
in medio. et reuertitur in summo designat quod pontifex
debet punire pigros. regere debiles sui rectitudi-
ne et colligere vagos. Unde versus. Collige sustenta
stimula vaga modica lenta. et reddendo singula sin-
gulis versus iste continet omnia premissa. vel sic.
Attrahere per primum. medio regere. punge per primum
Romanus autem pontifex pastorali virga non uti-
tur. tum propter historiam. tum propter mysticam ra-
tionem. Historia est. quoniam beatus petrus apo-
stolus marcialem discipulum suum quem dominus inter
discipulos constituit cum dixerit. Nisi efficiamini sicut
puillus iste non intra. et cetera. Nisi cum quibusdam alijs
ad predicandum germanis. quo in via ad. xx. dietas
defuncto fronto collega eius. rediit ad nunciandum
hoc petro. cui petrus accipe hunc baculum. et tangens
illud dicit. surge in nomine domini et predicata. Ille vero
in. xl. die a tempore mortis illius tetigit. eum et surrexit.
et predicauit. et ita petrus baculum a se remouit et
subditis dedit nec recupauit. Inno. c. vero papa. n.

scripsit in ecclesie speculo. quod beatus petrus misit ba-
culum suum eucharistia primo treuerorum episcopo. quem vna
cum valerio et materno ad predicandum euangelium
genti teutonice destinauit. cui successit in episcopatu
tu maternus qui per baculum petri de morte fuerat
suscitatus. quem baculum usque hodie cum magna
veneratione treuerens ecclesia seruat. et ideo papa in
illa diocesi videtur baculo et non alibi. Mystica vero
est ratio quia baculus in summitate curuus est qua-
si ad attrahendum. quod in Romano pontifice neces-
se non est. quia nullus ab eo finaliter diuertere potest
preterea per baculum designatur cohercio quia
ceteri pontifices ab homine recipiunt. Deo a suis su-
perioribus baculos recipiunt et habent. Romanus ve-
ro pontifex quia potestatem a solo deo accipit bacu-
lum non habet. Porro secundum quod capiti. scilicet christo conue-
nit virga pontificis potestate christi signat. de qua ps.
Virga recta sive directio virga regni tui quia di-
lexi. iusti. et odi iniqui. propter quod alibi dicit. Reges
eos in virga ferrea. duricia ferri vigorem signat
equitatis. qua christus tanquam vas figuli peccato-
res confringet. Verum potestas christi non solum est
virga sed baculus. quia non solum corripit sed etiam
sustentat. Unde ps. Virga tua et baculus tuus et cetera.
De sudario.

Epiditis nouem specialibus pontificum
ornamentis. Aliqua de quibusdam alijs.
et primo de sudario videamus quod est li-
neus pannus quem ministrans episcopo semp-
per habet. quo ille sudorem et omne superfluum
corporis tergat humorem. significans studium quod
humanas contagiones in hac vita extergimus per
empla sanctorum patrum. quibus ad pacientiam cor-
porum roboramur. sicut enim sudor est in corpore. sic etiam
tedium est in anima. quandoque ex conscientia pecca-
torum premens conscientie frontem. habeamus igitur
sudarium ex lino. multis tonsionibus castigato et
mundato. per quod mundanos extergamus affectos
et etiam cum dauid et iob tristitiam abiciendo nos
tergamus. In quibusdam ecclesijs diaconus sudari-
um habens illud in dextero cornu altaris deponit ut
si forte quicquam sordidum accesserit illo tergatur et
sudarium sacerdotis mundissimum maneat. Manipu-
li quoque pene eatez est significatio. prout ibi dictum est.

De pallio.
Consequenter aliqua de pallio subiciamus
quod patriarcharum primatum et metropo-
litanoz est primum. ut per illud a cete-
ris episcopis discernatur. et priuilegiatam ob-
tinere dignitatem quare sub premissis communibus
vel specialibus ornamentis minime continetur. Si-
quidem per pallium simul verumque et superhumeralis
et rationale legalis pontificis intelligimus. quia enim
super verumque pontificis humerum iacet superhume-
rale sive rationale dicitur. quod vero in te descedens in ipso
pontificis pectore iungitur rationale vocatur. habe-
bat enim aaron super humerale et rationale que ca-
thenuis aureis simul iungebantur. Sunt tamen qui
dicunt quod rationale nullum hodie ornamentum succe-
dit. de quo sub ti. de le. indu. dicitur. Alij dicunt quod